

mni aut Nullo, quod de hoc dici nequit.
Hoc ut probetur, sciendum est, ad dictum
de Omni vel Nullo requiri 1. ut de medio
termino tanquam subiecto affirmetur vel
negetur universaliter major terminus, &
quidem in Majori propositione. 2. Ad di-
ctum de Omni vel Nullo requiritur, ut
sub medio termino contineatur minor
terminus, ita ut de minore termino medi-
us affirmari queat. 3. ut major terminus,
qui de medio universaliter affirmabatur
vel negabatur, affirmetur vel negetur e-
tiam de minore, qui sub medio contine-
tur. At verò hæc requisita in hoc syllo-
gismo non reperiuntur, quod enim se-
cundum attinet requisitum, quod vult, ut
minor adsit terminus, qui contineatur sub
medio, & ut de minore medius affirmari
possit, illud planè hic non datur, quia hic
nullus terminus minor conspicitur in mi-
nori propositione, qui sub medio termi-
no, nempe *baptismo* contineatur, aut de
quo *baptismus* tanquam medius terminus
affirmari possit. In minore enim propo-
sitione ponitur *cæna Domini* & *circumcisio*,
sed neutra sub *baptismo* tanquam medio
termino continetur, cum de neutra *ba-*
pismus tanquam medius terminus possit
præ-